




Mater Ignatium paritura pro sua in na-  
talem Domini pietate, deferri se iubet in  
stabulum; eumque post septem filios postre-  
mum in stabulo parit, an<sup>o</sup> salutis. 1491..

J.



Militiam sequutus Ignatius, ictu muralis  
globi crure perfracto à defensione arcis  
Pampelonæ semianimis excutitur ut secur-  
lari militia relata, ad diuinam se transferat.



E cruris vulnera laboranti, mortiq; iam  
proximo. S. Petrus in sui peruvigili nocte  
per quietem apparet, ac sanitatem restituit.



In lecto decumbens, dum ad recreandum-  
animum Christi domini vitam et exem-  
pla Sanctorum euoluit, diuinarum virtutum  
imitatione exardescens, ad Deum conueritetur.



Dum se invocata diuinæ Matris ope Deo  
dicat noctu vigilantem Beatiss. Virgo eiusq;  
in gremio puer Iesus illus tri in specie  
aliquandiu visi suauissime recreant.



Dum se Deo iterum fusus in preces  
feruentissime offert, magno repente  
terrae motu concutitur domus.



E domo & cognatione sua exit, rectaque  
ad Virginis templum famulis redire-  
iussis, in Montem Serratum contendit.



In itinere Maurum de virginitate Dei matris  
impure detrahentem dubitat an ferro vlciscatur  
permisissq; equo habenis, ex eo quod iumentum ab  
antecedentis Mauri vestigijs diuertit, diuinitus in-  
terpretatur huiusmodi vltionem Deo cordi non esse.



In eodem itinere, B. Virginis amore, atque  
imitatione succensus voto se illi castitatis  
obstringit; eiusdemq; castitatis, omni extincto  
impuritatis sensu, perpetuum donum accipit.



Vestibus pretiosis exutus, ac pauperi  
donatis, sacco ac fune præcinctus  
Christi domini paupertatem amplectitur.

10



In Aede Montis Serrati tamquam noius  
Christi eques noctem vnam ante aram  
Virginis excubat, humanaque arma-  
militiae e tholo suspendit.



In solitudinem profectus, furente supra orantis caput uarijs serpentum spectris dæmone intrepidus atq; inconnuens in precibus perseverat.



Minoreſſæ inter pauperum turbam viuit,  
xenodochio inferuit, multos e vitiorum  
coeno extrahit.

73



Horas quotidie septenas genibus nixus  
in oratione perficit. Quotidie etiam ter  
se se quam acerrime flagellis cedit.



Quotidie aqua et pane contentus seuere  
ieiunat, imo ad euincendos scrupulos, quorum  
angustijs a dæmone ad præcipitum usque  
instigabatur, septem dies sine ullo cibo  
aut potu, nullo virium defectu transigit.

35



Dum apud templi dominicani limina Beatæ  
Virgini laudes recitat, miram de sanctissimo  
Trinitatis mysterio visionem, et lumina accipit.

16



Codem in templo dum missa sacri-  
ficio interest in sacro sancta hostia  
Christum Dñm oculis intuetur.



Sæpe Christus dominus, eiusq; Mater ei ad longum temporis spatium, contemplandos fruendosq; se exhibent; magnamq; eius animo inspirant in christiana fide, atq; in suscepta pietate constantiam.



In mentis raptu septem ipsos dies persisten-  
tem humaturi iam erant, nisi e tenuis sima  
cordis palpitatione vita indicum deprehendissent;  
a quo tandem raptu veluti a dulci somno,  
nomen IESV suauiter ingeminans soluitur.

19



Magnam diuinarum humanarumq;  
rerum cognitionem diuinitus  
infusam accipit.

20



Libellum exercitorum spiritualium singulari afflatu Dei, huiusque e cœlo luce conscribit.



Navigaturus in Italiam sola D<sup>E</sup>S  
fiducia pro uiatico munitus emen-  
dicatam pecuniam in littus abijcit.



Prope Patauium via noctis et tempo-  
rum periculis anxium, apparens in-  
aere Christus Dominus consolatur.



Venetij dum noctu sub S. Marci porticibus  
iacet, M. Antonius Treuisanus nobilis Senator  
hjce verbis excitatus Tu delicate quidem cubas,  
sed famulus interim meus humili sub dio est, ho-  
minem sedulo querit ac fuscipit perhumaniter.



Nauta suis infensum vitijs in deser-  
tam Insulam exposituri, subito vento re-  
pelluntur, ac inuiti licet ad Cyprum uehunt.



Hierosolymam nauiganti s<sup>a</sup>pe Christus  
dominus videndum se præbet, ac labo-  
rum difficultates lenit.

26



Sacra Palestina loca religiosissime perlustrat,  
et ad montem Oliuetum Christi Domini  
ascendentis uestigia diligentius con-  
templaturus cum capit is periculo recurrit.



*Ex Oliueto reuertens ab Armenio custode voce,  
ac fuste terretur; dumq; ne solitarius ea loca pena-  
graret, ferociter in hospitium trahitur, inter ea con-  
uicia, et contumelias Christum aspicit praeeuntem.*




In Hispaniam redditum a naui Veneta optime instruta Nauarchus excludit, respondetq; sanctitatem viri extollentibus. Si sanctus est quid nauim petit, ac mare siccō vestigio non calcat. Quare in aliam relictam ac laceram admittitur. Sed hæc incolunis in Hispaniam appellit Veneta quamvis valida naufragiū facit.



Pecuniam in summo Ferrariae Templo petentibus ab se pauperibus elargitur; cogiturn̄ eo die ostiatim pro se victimum emendicare; quo obseruato a pauperibus, Sanctus palam conclamat.



Ab Hispanorum præsidio pro exploratore  
habitus nudus per media castra raptatur.  
quam ignominiam alacriter ferenti, species  
oblata est Christi domini ad Herodem  
a Pilato transmissi, atque illusi.



Barcinone ut se ad animorum salutem instruat  
prima Grammaticæ elementa annos tres, et tri-  
ginta natus addiscit; furente ac rumpente se  
Daemone, qui importunit rerum caelestium gau-  
dijs auocare aho eius animum frustra conatur.



Ob res titutam in virginum coenobio  
disciplinam ab impuris hominibus id indig-  
ne ferentibus sœuissime plagis afficitur.



Hominem ad suspendium desperatione coactum  
precibus ad sensus eatenus reuocat, quoad  
animum a scelere Confessionis sacramento purget.



Noctu fatus in preces, quatuor ferme cubitis  
elatus a terra, collucente mirum in modum  
facie, identidem, crebra inter suspiria inclamat.  
O DOMINE SI TE HOMINES NOSENT!

35



Compluti primum; postea Salmantice, calumnias  
pro Christo, et carcerem passus, ex ipso etiam car-  
cere animas lucratur, magnoque spiritus feruore  
succensus. Non tot, inquit, in hac vrbe sunt com-  
pedes, quin plures ego Christi causa percupiam.




*Quidam ei infensus imprecans sibi aliquando  
flamas, quibus combustus expiraret, nisi  
Ignatius ignem se iudice mereretur, eodem die  
incendio domus suæ deflagrantis absymptus es t.*



Dum Lutetiae tamquam scholasticorum seductor  
virgis in publica animaduersione cædendus  
inducitur, cognita hominis innocentia Rector  
ad eius pedes accedit, sanctum palam appellat,  
infamiaq; apparatum in gloriæ scenam vertit.



Iuuenes ex Academia Parisiensi nouem  
eligit, ac socios consiliij sui des tinat.



Sicarius stricto illum ferro petens, audita  
repente voce QVO TENDIS INFELIX?  
territus a facinore desistit.

40



In æde suburbana B Virginis ipse, ac socij certo Se  
voto obstringunt diutinam vbiique gloriam, animarūq;  
salutem in Hierosolymitana præseritum expeditione pro-  
curandi, ac palnam inde martyrij sedulo conqui-  
rendi, quod votum ibidem quotannis renouant.



*Ab impuris amoribus quempiam reuocaturus,  
in summa hyeme, gelido se in stagno collo tenus  
immergit, ibique prætereuntem conspicatus,  
voce, aspectuque terret, et conuertit.*



In Hispaniam valetudinis causa redeuntem  
excitata sanctitatis viri fama armati primum  
homines mox cleris omnis agmine composto  
demum populus fere vniuersus ingenti gratu-  
latione suscipiunt.



Æger Hispaniam repetens, animis ad virtutem  
excolendis strenue in patria laborat; eiusq; in  
campo concionantis vox (quod populi frequentiam  
tempia non caperent) ad trecentos passus auditur.



Comitiali morbo laborantem sublatis in  
coelum oculis, ac precibus extemplo sanat.

45



Multos s̄epe Energumenos liberat  
crucis signo.



Foeminam phtysi ad interitum pro-  
perantem sanitati res tituit.



Arido, emortuoque foeminae brachio  
Ignatij linteal dum lauat, vita statim,  
ac matus reddit.

48



In Italiam reuersus Venetijs socios e Gallia  
excipit, vnaq; cum illis sacerdotio initiatur. tam  
coelesti voluptate perfuso Episcopo, ut non nisi  
diuinum quid in nouis sacerdotibus presagiret.

49



Ad Simonem Rodericum socium morti proximum octodecim milliarium itinere febri ipse laborans propere contendit, eumq; amplexu sanat.

50



E socijs vnum, cum tentatione iam victus ad  
solitudinem pergeret, obiecto sibi armati, fer-  
rung intentantis equitis spectro ad Ignatium  
remititur, qui re tota per prophetiae spiritum  
cognita, redeuntem, illis Domini verbis blande  
excipit. Modicæ fidei quare dubitas?



Solitario homini eius vitam tacite despicieni  
apparet Dominus, ac viri sanctitatem aperit, do-  
cetq; illum ad salutem plurimorum natum esse.



Non longe ab Urbe templum desertum ingresso  
inter orandum se Deus Pater ostendens illum fi-  
lio suo crucem gestanti socium attribuit; filius  
item placidissima illa verba pronuntians EGO VO-  
BIS ROME PROPITIVS ERO illū recipit in socium  
Vnde Ignatio lux oborta Societatis IESV nominanda.  
53



Primum sacrum Romæ ad Domini præsepe  
facit, cum se ad id post susceptum sacerdotium  
duodeviginti mensium studio præparasset.

54



In Casinati monte ut S. Benedictus Ger  
mani, sic ille animam Hozij ferri in coelum  
videt, ac postea in ipso missæ, cui astabat  
ingressu ad ea verba et omnibus sanctis in  
illustri sanctorum choro socium agnoscit.



Paulus III Pont Max. Societatis Iefu insti-  
tutum ab Ignatio oblatum postquam legisset,  
DIGITVS inquit, DEI EST HIC. Socie-  
tatemque confirmat anno salutis 1540.

56



Franciscum Xauerium, qui Indiarum-  
Apostolus dictus est, diuino insinatus  
afflatu in Indias mittit.



Generalis quamquam inuitus, diuq; repugnans,  
eligitur; atque in cede, quæ extra urbem-  
visitur, Sancti Pauli quarto solemni voto se,  
ac Societatem suam Romano Pontifici obstringit



Ex lris B.X auerij ad Ignatium ex India scriptis  
GRATIA ET CARITAS X<sup>i</sup>. D<sup>r</sup>. Mi pater in X<sup>i</sup> vilcerib<sup>o</sup>vnice  
Te ego pater animæ meæ sumeq<sup>z</sup> mihi venerande positis humili ge-  
nibus (sic n. hanc tibi eptam scribo) suppliciter oro, vt mihi a  
Deo impetres, vt dum viuam sanctissimæ voluntatis sua mihi det  
et plane agnoscedæ, et omnino exequendæ facultatem. Vale  
Tuis minimus filius, longissimeq<sup>z</sup> exulans. FRANC<sup>r</sup>XAVERIVS. 59



Sacramentorum piarumq; concionum yſu Romæ  
renouat, ac rationem pueris tradendī doctrine  
christianæ rudimenta Romanis in templis,  
ac plateis inducit.



Dum Romæ insimulatur, quod multorum  
scelerum diuersis in Vrbibus damnatus  
fuisse, diuina prouidentia Roman simul  
confluunt omnes, qui illum alibi absoluerant,  
idem eius innocentia antea iudices; nunc testes.



Ad ædem S. Petri in monte aureo contendens,  
rem sacram pro salute Coduri facturus, in medio  
Sixti Ponte resistit continuo, coelumq; tantisper  
intuitus, ac diuinitus de eius morte admonitus.  
Redeamus, inquit, socius mortuus es t.

62



Publica Romæ pietatis opera instituit: coenobia milie-  
rum male nuptarum: virginum S. Catherineæ ad funa-  
rios spuellarum SS. quatuor coronatorum: pueroru[m] item  
qui orbi parentibus per Vrbem vagi mendicant: Cathecum-  
norum: aliorumq[ue] collegia magna oium admiratione, fructua-  
63



Ignati in Septemtrionis res apprime intenti  
studio, ac precibus Iulius III. Pont. Max. Collegium  
Germanicæ iuuentutis non minori Ecclesiæ Romanæ  
ornamento, quam Germanicæ presidio Roma condit.

64



Societatis Iesu constitutions frequentibus  
sanctissimæ Trinitatis apparitionibus, atque  
illus trationibus. Beatisima item virginie sæ-  
pe visa, atq; illas approbante conscribit

65.



*Obstinatum Iudeum tribus hisce verbis  
conuertit. MANE NOBISCVM ISAAC.*

66



Sæpe noctu inter orandum, aut qui=  
escendum à Dæmonibus verberatur.



Caeli aspectus mirifice captus vim lacrymarum  
profundere, atq; exclamare solebat, HEV QVAM  
SORDET TELVS, CVM COELVM ASPICIO? cumq; præ  
lacrymis oculos perderet, imperium in illas a Deo  
imperat; nouo<sup>z</sup> dono donum lacrymarū moderatur. 68



Sacram hos tiam Deo dum offert, supra  
missam celebrantis caput, ingens emicare  
flamma conficitur.

69



Allatum e patria fasciculum litterarum,  
redditumq; inter orandum, in proximum ignem  
abijcit: curasq; saeculi importune interpellantes  
vna cum litteris concremandas dedit.



Prophetiae spu videt arcana animorum,  
ac saepe futura præsentit; inter alia  
agrotanti prædicti, aspectu illum Virginis  
fruiturum, dictisque consentit euentus.



Dæmonem serpentis facie collucentis  
exhibentem se detegit, ac per contemptum  
baculo abigit,



Sæpe B. Philippus Neri⁹ illius faciem  
insigni luce radiantem videt, illustri,  
ut ipse dicebat, indicio sanctitatis.



Alexandri Petronij morbo laborantis cu-  
biculum aduentu suo, magno repente  
fulgore collus trat: agrum colloquio sanat;  
ac s̄epe alios inuisens itidem sanat.



Patres Collegij Lauretani, cum Lemurum  
spectris infestarentur, ad eius preces  
per litteras configiunt; eiusque accepto  
responso, ac publice perlecto, illico Dæ-  
monum terroribus liberantur.



Cuidam e Societate Romam venire  
Colonia meditanti; ut illius aspectu frue:  
retur, vltro ipse apparet, seque Coloniæ  
videndum socio præbet -

70



Romæ sanctisime moritur, eodemque  
puncto temporis beata eius anima, ingenti  
splendore conspicua, Bononia a nobili,  
sanctaque foemina ferri in coelum aspicitur.



Puella strumis iam diu laborans, cum  
ad manus iacentis in pheretro deosculari  
das accedere præ turba non posset, frustulo  
vestis arrepto, & ad collum alligato, illico  
sanatur: folia passim, ac flores e pheretro  
subducti, ægrorum multis saluti sunt. 78



Dum eius transferuntur sacra ossa,  
lucentes stellæ in loculo visæ, ac  
caelos tis inibi concentus auditus..



Sollenni Catholicæ Ecclesiæ ritu, ac ceremonia  
in Sanctorum numerum à GREGORIO XV.  
Pont. Max. refertur. Die XII Martij Anno  
MD CXXII